

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Geographia universalis

**Ptolemaeus, Claudius
Münster, Sebastian**

Basileae, 1540

Africa nova

urn:nbn:de:bsz:31-67084

AFRICA NOVA


Africa una ex tribus orbis partibus, latissima est regio multorum regnorum, populorum, animalium, fluuiorum, montium & desertorum fertissima, hodieq; à Portugallensibus circumnavigatur, qui à Portugallia soluentes recta in austrum tendentes, primum Gades insulam prætereunt, deinde Mederam insulam, quæ hodie à Lusitanis incolitur, patetq; circuitu 40 miliarium. Ferax est faccari & uini, Cretico uino nequaquam cedentis. Post Canarias adeunt insulas, quarum nomina sunt, Canaria, Teneriffa, Palma, Fractalancea, Magnafors, Grancamaria, Gienera, Ferrum. His relictis Caput album petunt, ubi tellus tota est arenosa & deserta, alba & arida usq; ad Nigritas. Succedit Capiti albo Sinus Dargin & insula eiusdem nominis. Est & post Caput album in mediterraneis locus quem Hodenū appellant, & hic nullo clauditur muro, sed diuerforiū est Arabum & statio camelorum. Eius regionis incolæ uiuunt ordeo & cariotis, quibus ubertim abundant. Mahumetū colunt & Christianos oderunt. Senega fluuius qui has terras sequitur & totam ferè Aethiopiæ interiorem irrigat, Azanegos à regno Nigritarum determinat. Sunt autem Azanegi homines pauperes & mēdaces, proditores & prauos seruātes mores. In regno Senegæ est locus nomine Tagaza, unde ingens copia petrei salis aueritur camelis Arabum. Cæterū ferunt flumen Senegæ deriuari à Nilo, eisdemq; uices cum eo habere. Nam ut ille Aegyptum, ita hic Aethiopiæ reddit irriguam. Rex Senegæ pauper est & nullas habet urbes, nec annuos redditus, & præterea regnum eius angustos habet limites. Habet regnum Senegæ ab oriente regionem Tuchmoram, à meridie uero regnum Gambia, uersus autem septentrionem Nigro fluuiō clauditur. Sequitur caput uiride, sic appellatum quod consitum sit arboribus densissimis eisdemq; uirentibus continuo ferè anno. Huic finitimum est regnum Gambia, in quo homines habitant feroces & saui, subditi cū rege suo magno regi Mellis, qui magnus imperator Nebeorum dicitur. Habet regio illa elephantes syluestres, qui non cicurantur. Huic regno succedit uersus austrum regio Casamansa à fluuiō Casamansa sic dicta. Hinc à sinu Rubro reflectitur Continens in orientem, & antequā peruenitur ad Caput bonæ spei, extremam Africanæ terræ aciem, occurrunt uariæ gentes, inter quas quædam nude incedunt ut ex matris utero exierunt, carentes omni uerecundia. Inueniuntur ibi uaria auium genera, præsertim psitacorum multijugi coloris à quibus & terra illa Terra psitacorum denominatur. Reliqua patent ex tabula.

AFRICA XVIII. NOVA TABVLA



A Lusitania ad Caecubus Orientis imperiū, hoc itinere per mare
 re deuenitur. Per latus occidentale Mesopotamiae et Arabiae,
 Niloti deuenitur ad Caput aeneae, ab eodem abis Experia, ubi
 sunt Hesperidum insulae. Inde transita Arithopia apparet
 caput australe, quod est Cap. bonae spei, exceditq; byernale tro-
 picum nouem gradibus. Mox regio se sinuat quo ad crassam
 promontorium peruenias, quod Ptolemaeus terminum posuit
 australe, ulterioresq; plagas appellauit terrā incognitā. Inde
 iter patet ad Troglodytias, ubi est Zaphala aut foedina, cūa ut
 terribus cognita. Hinc transita regio de elude, per sinū nar-
 haricū deuenit in Oceanū Indicū, et deus ad urbē Caecubus.

NOVA TABULA



Landesbibliothek
Karlsruhe